Stephanus

Dei gratia REX Poloniae magnus DUX Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Kiioviae Volhiniae Podlachiae Livoniae et PRinceps Transilvaniae et
Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest universis et singulis: Citatos fuisse ad NOS et Tribunal nostrum Regium literis Citationis nostrae Famatos PROconsulem et Consules Civitatis nostrae Cracoviensis, ex officiis bonisque eorum omnibus mobilibus et immobilibus per eos et quemlibet eorum privatim possessis. Ad Instantiam Famatorum Seniorum totiusque fraternitatis et contubernij Braxatorum sive Brasеatorum, Civitatis eiusdem nostrae Cracovien. Propterea Quod ipsi eorundem officiorum suorum praetextu, immo verius privata quadam et absoluta potestate, nescitur qua de causa, dum convocatio communitatis in eadem Civitate nostra Cracovien. fieri de jure et more consuevit, ipsos actores communitatis illius membrum et qui maiora prae alijs omnibus Contuberniis onera nostra et Civilia ferunt, censusque debitos maiores pendunt non solum ad communitatem vocare prohibeant, verum etiam cum ijdem actores ab alijs eo nomine certiores facti, illuc sua sponte veniunt, eosdem a cetu communitatis et consultatione communi arceant et removeant, homines alioquin bonae famae et nulla infamia notatos, faciendo id in gravem eorum contemptum et ignominiam, quemadmodum ea omnia in Citationis nostrae literis continebantur. In termino itaque hodierno Judicii Relationum nostrarum propriarum, Suiusque ex interposita a sententia Judicum Assessorum nostrorum appellatione continuato et proximente. Partibus utrisque coram nobis personaliter comparentibus interposita per citatos appellationis terminum attentantibus, atque de iniuria praemissa exclusione vz. a communitate ipsiusque publica consultatione Controversias suas una cum rationibus et allegationibus adnexis, antea in Judicium Assessorum nostrorum introductis excitantibus et repetentibus. NOS cum Consiliarijs nostris lateri nostro Produnt assidentibus, audita ipsius causae coram nobis facta relatione, controversiisque et allegationibus partium repetitis attentis et intellectis. Comperimus Sententiam Judicum Assessorum nostrorum eodem in negotio prolata qua ex rationibus eidem sententiae adsertis pronuntiatum est. Quandoquidem ex Decreto Sermi Sigismundi REGIS Antecessoris nostri per citatos reproducto non appareat ipsos actores a communitate exclusos immo iuxta morem antiquum conservatos esse, ac constet omnino ipsos pro Civibus Juratis possessionatis et paria onera cum alijs Civibus pendentibus censeri. Ideo eosdem inter communitatem Civitatis nostrae Cracovien. necessario connumerandos et ad congregationem communitatis vocandos, neque ab ea convocatione ac consilijs communibus et consultatione publica arcendos esse, in toto approbandum ratificandum et confirmandum duximus. approbamusque ratificamus et confirmamus, atque ipsos Conventos nihil a modo et deinceps contra hocce Decretum nostrum agere. Sed se se iuxta illud illiusque contenta omnino conservare debere et esse astrictos decrevimus decernimusque Hoc nostro praesenti in id mediante Decreto. Harum qui

miema !

Stephanus

Dei gratia REX Poloniæ magnus DUX Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Kioviæ Volliniæ Podlachiæ Liuoniæ et PRinceps Transsiluaniæ et.
Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest uniuersis et singulis. Citatos fuisse ad NOS et Tribunal nostrum Regium literis Citationis nostræ fa:
matos PROconsulem et Consules Ciuitatis nostræ CRacouiensis, ex offitiis bonisque eorum omnibus mobilibus et immobilibus per eos et quemlibet eorum priuatim pos:
sessis. Ad instantiam Famatorum Seniorum totiusque fraternitatis et contuberhij Braxatorum siue Brasseatorum, Ciuitatis eiusdem nostræ Cracouien, propterea
Quod ipsi eorundem offitiorum suorum prætextu, immo uerius priuata quadam et absoluta potestate, nescitur qua de causa, dum conuocatio communitatis in
eadem Ciuitate nostra Cracouien fieri de iure et more consueuit, ipsos actores communitatis illius membrum et qui maiora præ aliis omnibus Contuberniis onera
nostra et Ciuilia ferunt, censusque debitos maiores pendunt non solum ad communitatem uocare prohibeant, uerumetiam cum ijdem actores ab alijs eo nomine
certiores facti, illuc sua sponte ueniunt, eosdem a cetu communitatis et consultatione communi arceant et remoueant, homines alioquin bonæ famæ et nulla
infamia notatos, faciendo id in graue eorum contemptum et ignominiam, quemadmodum ea omnia in Citationis nostræ literis continebantur. In termino itaque
hodierno Iuditii Relationum nostrarum propriarum, Suisque ex interposita a sententia Iudicum Assessorum nostrorum appellatione continuato et proxe:
niente. Partibus utrisque coram nobis personaliter comparentibus interposita per citatos appellationis terminum attentantibus, atque de iniuria præmissa exclu:
sione uigt a communitate ipsiusque publica consultatione Controuersias suas una cum rationibus et allegationibus adnexis, antea in Juditium Assessorum no:
strorum introductis excitantibus et repetentibus. NOS cum Consiliarys nostris lateri nostro pro tunc assistentibus, audita ipsius causæ coram nobis facta re:
latione, controuersiisque et allegationibus partium repetitis attentis et intellectis. Comperimus Sententiam Iudicum Assessorum nostrorum eodem in negotio prolatam
qua ex rationibus eidem sententiæ adscriptis pronuntiatum est. Quandoquidem ex decreto Serenissimi Sigismundi REGIS Antecessoris nostri per citatos reproducto
non appareat ipsos actores a communitate exclusos immo iuxta morem antiquum conseruatos esse, ac constet omnino ipsos pro Ciuibus iuratis possessionatis et pa:
ria onera cum aliis Ciuibus pendentibus censeri, ideo eosdem inter communitatem Ciuitatis nostræ Cracouien necessario connumerandos et ad congregationem
communitatis uocandos, neque ab ea conuocatione ac consilijs communibus et consultatione publica arcendos esse, in toto approbandum ratificandum et confir:
mandum duximus approbamusque ratificamus et confirmamus, atque ipsos Conuentos nihil a modo et deinceps contra hocce Decretum nostrum agere, sed sese
iuxta illud illiusque contenta omnino conseruare debere et esse astrictos decreuimus decernimusque Hoc nostro præsenti in id mediante Decreto. Harum qui
bus Sigillum nostrum est appressum testimonio literarum. Datum CRacouiæ feria tertia ante festum Circumcisionis Domini proxima. Anno eiusdem Mille:
simo, Quingentesimo Septuagesimo Octauo. REGni uero nostri Anno Tertio

Joannes Borukowski
R.P. Vicecanc.

Relatio Reuerendi Ioannis Borukowski
de Bielino Regni Poloniæ Vi:
cecancellarii præpositi Lan:
citien Decani Varsauien etc.
L. Borutha

Dekret Sądowy Referendarski [illegible]

[illegible] anno 1578 [illegible] 2)

[illegible] ad Communitate [illegible]
[illegible]

1598